Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ministros suos flammam ignis. ad filium autem: Thronus tuus
deus in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus
tuus oleo exultationis prae participibus tuis. Et tu in principio domine
terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi: ipsi peribunt
tu autem permanebis. Et omnes ut vestimentum veterascent. et
velut amictum mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse
es et anni tui non deficient. GR. Viderunt omnes fines terre salutare
dei nostri iubilate deo omnis terra. v. Notum fecit dominus salutare suum ante con
spectum gentium revelavit iustitiam suam. Alla. v. Dies sanctificatus illuxit
nobis venite gentes et adorate dominum quia hodie descendit lux magna super
terram. Natus ante secula dei filius inenarrabilis mirum. Sequentia. Per quem fit machina celi et tire maris et imbres degentium. Perque dies
et hore labantur et se iterum reciprocant. Quem angeli laudant poli voce consona
semper canunt. Hic corpus assumpserat fragile sine labe originalis culpe
de virginis quo prima parens culpam cecidit lasciviam tergeret.
Hoc per sensum dicenda loquitur per lucida adaucta longitudine quod sol verus radio sui luminis vetustas mundi depulerit gentium tenebras. Nec nox parat
non videris lucem quod majorum oculus tenet suos. Nec gregum magistris de
fuit lumen quos permanet claritas vultum dei. Gaude dei genitrix quem concinant
obstetricem vite continuates angeli gloriam deo. Xpe pris vince qui humanam nam
causa formam assumpsisti reuove supplices tuos. Et quoniam propem te fore
dignatus es christe dignanter eorum suscipe preces. Ut ipsos divinitatis tue per
ticipes deus facere dignetur vince deo. Initium sancti evangelii secundum iohannem

In principio erat verbum. et verbum erat apud deum. et deus
erat verbum: hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum
facta sunt: et sine ipso factum est nihil: quod factum est: in
ipso vita erat: et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lu
cet. et tenebre eam non comprehenderunt: fuit homo missus a
deo. cui nomen erat iohannes: hic venit in testimonium
ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per illum
non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine: